

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Quæstio 2. An debeat censurari ut improbabilis hæc propositio, Reus &
Testis non obligatur ad mentem Iudicis respondere, si dubitent an legitimè
interrogentur à Iudice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

QUÆSTIO II.

*An debeat censurari ut improbabilis hæc propositio,
Reus & testimoniis non obligatur ad mentem Iudicis
respondere, si dubitent an legitime interrogentur
a Iudice?*

Respondeo, Nullam saltem extare legitimam istius doctrinæ censuram. Illam disertè tradit apud Dianam part. 3. tract. 5. resol. 91. Sotus, Bannez, Medina, Salas, Lessius, Henriquez, quibus addit Villalobos tom. 2. tract. 16. dif. 1.n.6. Cajetanum, Adrianum, Aragonium, Saloniam, & alij alios. Et sequitur ex principio à multis admisso, non teneri subditum obedire superiori cuius dubia est jurisdictio aut potestas, eo quod in dubio melior sit conditio possidentis suam libertatem.

Porro Malderus 2.2. cap. 3. dub. 1. absolutè affirmat probabile esse, Reum non teneri crimen capitale fateri, si non sit in eo deprehensus, aut convincendus, & spem habeat evadendi. Et minori limitatione Petrus à Navarra l. 2. de rest. cap. 4. n. 142. sic pronunciat: Piè & probabiliter existimo in causa criminali, præcipue capitis, posse Reum in conscientia veritatem secluso mendacio contegere. Idem cum Reginaldo, Joanne Sanchez & Lessio docet Rodriguez, Spatarius, Portel, Salzedo, Peyrinus apud Dianam p. 2. tr. 15. resol. 27. Accedit Card. de Lugo de Just. tom. 2. d. 40. sect. 1. n. 14. qui ait Turrianum immerito hanc sententiam improbabilem dixisse. Multòque acrius in hoc Turrianum & Texedam castigat Diana p. 10. tr. 13. Texeda, inquit,

E 2.

&

100 Pars 3. tract. I. De probabilitate Opinionum
& Turrianus nimis audacter se gerunt in censu-
randis Doctorum virorum opinionibus... Op-
ponitque , Texedæ judicium gravissimum M.
Serra 2.2.q.69.a.1.dub. 1. Ego, inquit, absolutè
hanc sententiam ob authoritatem authorum ci-
tatorum, & argumenta facta , probabilem esse
judico, Eandemque recentius Franc. Bonæ Spei
admittit communio rem esse Theologorum doc-
trinam de justitia d.4.dub.3.n. 57.

Quares porro , An hæc sententia quam Autho-
res omnino probabilem agnoscunt, de Reo ne-
gante crimen capitale semiplenè probatum , in-
telligi debeat de solo periculo vitæ, an etiam de
quovis damno gravi , ut est exilium , tritemes,
gravis jactura bonorum, aut famæ ?

Respondeo , etiam in his casibus probabilem
censeri à Navarra l.2. de restit. cap.4.n.137.re-
ferente etiam pro eadem Panormitanum , Syl-
vestrum, Angelum, Armillam &c. Illamque do-
cet Em. Rodriguez in Summa , ac probabilem
afferit Suarez , Sa , Lessius, Vega, & plures alij.
Non ita tamen ut aliquis horum existimet lici-
tum esse mediante mendacio crimen contegere.
Præmissis non obstantibus , arbitror doctrinam
illam haud temerè tradendam populo ob in-
commoda inde alioquin facile secutura.

QUÆSTIO III.

*An probabile sit non requiri attentionem internam ,
ut satisfiat præceptio recitandi Horas canonicas?*

Probabilitatem huic sententiæ conciliare ni-
titur authoritas Doctorum, qui censem at-
tentionem internam non spectare ad substan-
tiam